



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De reliqua, parte septimi status post Gog vsq[ue] ad extremum iudicium
Cap. 69

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

Esdras inquit: Quoniã vidisti filiũ meum colligentẽ ad se aliam multitudinem pacificã, hæ sunt decẽ tribus, quæ captiue factæ sunt de terra sua in diebus Ozee regis, quem captiuũ duxit Salmanazar rex Assyriũ, & transtulit eos trans flumẽ & translati sunt in terrã aliã. Ipsi autẽ sibi dederunt consiliũ hoc, vt derelinquerent multitudinẽ gentiũ & proficiscerentur in vltioriẽ regionẽ, vbi nunq̃ inhabitauit genus humanũ, vel ibi obseruare legitima sua quæ nõ fuerant seruantes in regione sua. Per istroitus autem angustos fluminis Euphraten, aliã Gazan, introierũt, fecit em̃ eis tunc altissimus signa & statuit venas fluminis vsquequo trãserent. Per eã em̃ regionẽ erat via multa itineris anni vnus & dimidiũ, nã regio illa vocatur Arsareth, tunc inhabitauerunt ibi vsq; in nouissimo tẽpore. Et tũc iterũ cũ ceperint veniẽ, itẽ statuit altissimus venas fluminis vt possint transire, propter hoc vidisti multitudinẽ cum pace. Hæc ex Esdra.

4. Esd. 13

XIII § Inde elicitur q̃ sicut dictarum decem tribuum inclusionis modus fuit miraculosus, ita & reductionis modus erit. Et quando eadem tribus fuerunt per Salmanazar intra vallem montium incluse, statim fluuius Gazan seu Euphrates, decurrens secus illos montes, impetuose cœpit perfluere, vsque adeo q̃ vltius nauigari aut transnari nequeat, excepta die sabbati, qua (vt fertur) quiescit. Qua quidem sabbatina die Israelitæ legem Mosi obseruantes & sabbatũ custodientes transtulere non ausint. Sed futuro tempore quãdo eadem tribus educentur, iuxta oraculum saluatoris respondentis: Et alias oves habeo quas oportet me adducere, tunc præfatus fluuius, deo disponente, quiescet, vt transnari possit, qua propheta præhabita de ipsis tribubus adimpleatur. Siquidem diuinum ait responsum: Cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc. Ad easdem quoq; tribus Israel, quæ nondũ acceperant possessiones suas, Iosue ait: Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram quam deus dedit vobis?

Exod. 20

Ioh. 10

Danic. 12

Iosue. 18

XIII § Apparet itaq; filiorum Israel inclusionem esse aliam ab inclusione Gog & suorum. Nam iste pro flagello infligendo, illi autem ad id sustinendũ reseruantur. Gog enim sequens Antichristi vestigia, eos vsq; Christifideles persequetur, interficietq; velut in superioribus patet. Tandem ipse Gog interiet, quia dicitur: Et octaua bestia in interitum ibit. Iterum: Et descendet ignis à deo & deuorabit eos, scilicet Gog & Magog, decemq; reges. Tunc em̃ funditus extirpabitur Babylon, statusq; Christianorum perdeserum damnabitur secundum dei in Ezechiele sententiã, dicentis: Conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladiũ, gladius vnus cuiusq; in fratrẽ suum dirigitur, & iudicabo eum peste & sanguine & imbre vehemẽti & lapidibus immensis, ignem & sulphur pluam super eum & super exercitũ eius & super populos multos qui sunt cũ eo, & magnificabor & sanctificabor & notus ero in oculis multarũ gentiũ, & scient quia ego dñs. I. Iesus Christus. Demũ in terra erit pax firma vsq; ad extremũ iudiciũ. Nam vltius in Ezechiele ait dñs: Nomen sanctũ meũ notũ faciam in medio populi mei Israel, & nõ polluam nomen sanctũ meũ amplius. Et ita optimus, maximus deus, dabit requiem populo suo Israel vsq; in æternum.

Apo. 17. 20.

Ezech. 38

Ezech. 25

1. para. 23

I. c. 69. §. 4. in fine. De reliqua parte septimi status post Gog vsq; ad extremũ iudiciũ. Cap. LXIX.

O Brenta tandẽ contra Gog & decẽ reges victoria, de cætero ecclesia habebit permanentẽ tranquillitatẽ & pacẽ vsq; ad extremũ iudiciũ. De qua pace Sibylla lucide vaticinata est. Similiter & Hieremias, dicẽs: Inuenit gratiã in deserto populus qui remãserat gladio, vadet ad requiem suã Israel. Enimvero septimus ecclesiæ status nõ accipitur pro statu æternæ gloriæ, sed pro finali & pacifico statu ecclesiæ militantis. Post Antichristũ equidẽ nõ statim terminabit hoc seculũ, quia prius totus mundus erit ad Christũ conuertendus. Illud autẽ silentiũ in celo, designat temporalẽ tranquillitatẽ in ecclesia pacificata. Eradicatis em̃ oibus discordiis, totus orbis in quieta pace & vera fide vnanimiter Christo subiicietur, quemadmodũ septima tuba exprimit.

Hier. 31. 1. pr.

Vbertinus

Apoc. 8.

Apo. 10

I § Tunc implebuntur prophetiæ quæ singularẽ pacẽ per Christũ introducen-

DE RELIQUA PARTE SEPTIMI STATVS &c.

- Esa. 2.** ducendam promittunt, vt in Esaia: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domini, & fluent ad eum omnes gentes, conflabunt gladijs suos in vomeres & lanceas suas in falces, nõ leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebunt vltra ad præliũ. Non enim solũ secularia bella tunc cessabunt, sed etiã spiritualia heresum & schismatum euacuabuntur. Vterius Esaia ait: Miserebitur deus Iacob & eliget adhuc de Israel & requiescere eos faciet super humũ suã. Item, cõtriuuit dñs baculũ impiorũ, cõquieuit & siluit omnis terra. Et infra: Ecce dñs deus in fortitudine veniet & brachium eius dominabitur, videbunt gentes iustũ suum, & non vocaberis vltra derelicta & desolata, sed vocaberis voluntas mea.
- Esa. 14.** **Esa. 40.** **Esa. 62.** **Sopho. 3.** **Mich. 4.** **Amos 9.** **Eccle. 6.** **Ezech. 37.** **Rom. 12.** **Apo. 21.** **Luc. 21.** **Apo. 21. i pr.** **2. Pet. 3.** **Apoc. 21.** **Iohan. 10.** **Zach. 6.** **2. para. 15.** **Vbertinus** **1. Cor. 2.** **Esa. 64.** **Esa. 52.** **Iohã. 1. 17.**
- II § Alij quoq; prophete de illius septimi status tranquillitate loquuntur. In primis Sophonias: Reliquia Israel non facient iniquitatem, nec facient mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa, quoniam ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem, abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Rex Israel dominus in medio tui, non timebis malum vltra. Et infra: Non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare, & regnabit dominus super eos in monte Sion ex hoc nũc & vsq; in æternum. Item in Amos: Plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis, dicit dominus. In nouissimis itaq; inuenies quietem in ecclesia & conuertetur tibi in oblectationem.
- III § De illo deniq; septimo statu & vniuersali pace intelligitur illud Ezechielis: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndiq; & adducam eos ad humum suam, & faciam eos gentem vnã in terra in montibus Israel, & rex vnus erit, omnibus imperans, non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Et erunt mihi populus & ego ero eis deus, & seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. In iudicijs meis ambulabunt & mandata mea custodient & facient ea. Et percutiam illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis. Et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Nam totus Israel saluus fiet quando plenitudo gentium introierit.
- III § Idem septimus ecclesiæ, vel tertius mundi status vocatur nouũ cœlum & noua terra, quia in eo omnia innouabuntur, siquidem mala priorũ statuum cessabunt, & bona illi statui decentia incrementum. Ait enim saluator: Cœlum & terra transibunt, verba autẽ mea non transibunt. Quibus verbis Christus videtur annuere, in futuro septimo statu cœlũ & terram innouari. Hoc nouũ cœlũ, nouãq; terram vidit Iohannes, dicens: Primũ cœlũ & prima terra abiit & mare iam non est, & vidi sanctã ciuitatem Hierusalem. Ad idẽ Petrus inquit: Nouos cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Ideo appellatur ciuitas ob iustitiæ obseruantiam ac ob miram omnium vnionem. Hierusalem vero nominatur, quia ibi erit visio summæ pacis, vbi neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Tunc quoq; fiet vnus ouile & vnus pastor. Vbi autẽ iste pastor ecclesiæ tũc deget, an Romæ, affalibi, incertũ est, quippe dñs ait: Qui egrediuntur in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritũ meum in terra aquilonis, quibus forsitan deus præstabit quietem per circuitum.
- V § Et si iuxta communem doctorum expositionem, finis libri Apocalypsis referatur ad ecclesiam triumphantem, id est ad cœlestem seu octauum ecclesiæ statum, de quo in fine dicitur, tamen secundum Vbertini existimationem idem finis totus magis ad septimum militantis ecclesiæ statum refertur. Siquidem diui secretarij intentio minime fuit, cœlestem describere statum, cuius respectu præsentis vitæ status exilium est. Nam scriptum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Neq; à seculo audierunt neq; auribus perceperunt quæ deus præparauit expectantibus se, quasi inuauit, frustra describi statum cœlestem. Qui non apparet in hoc seculo, sed tunc demũ quãdo beati, oculo ad oculum deum videbunt. Hæc est enim vita æterna vt cognoscant verum deũ, quem hic nemo vidit vnquam.
- Nempe

§.c.64. §.2.
I. eod. §.3.

§.c.61. in fi.

§.ca.68. §.11
§.c.65. §.7.
& §.c.49 §.15
in fi. & I. eo.
§.4. §. eo. §.1

§.c.68. §.13
& §.c.66. §.14

§.c.62. §.4.
& §.c.53. p.

I. eo. §.9. i fi
I. c. 70. §.7.
§.ca.68. §.4
I. eo. §.5. i fi.
§.eo. §.3. &
I. eo. §.1. p.
§.c.68. §.11.
§.c.68. in fi.
§.eo. in pr.

I. c. 70. p. 10

§.ca.59. §.9
§.c.5. §.8 &
I. c. 70. §.4

Nempe visio pacis & aeterna tranquillitas, felicissimaque quies est bonum inae-
 mabile atque infinitum, quod nemo exprimere valet. Hinc Gregorius: Nulla lin-
 gua dicere, nullus intelletus capere sufficit, ergo nec calamus comprehendere
 potest, quae sint illa supernae ciuitatis gaudia, quid sit angelorum choris interesse, cum
 beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere, praesentem dei vultum cernere,
 incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpe-
 tuo munere letari. Est enim pondus supra modum. Quamobrem idem finis Apo-
 calypsis potius intelligi atque mystice exponi debet de ecclesiae militantis septimo
 & ultimo statu, qui erit figura & initium status ecclesiae triumphantis immediate
 subsequentis, quando deus absterget omnem lachrymam ab oculis piorum, ubi
 non erit amplius luctus, nec clamor, nec dolor. Porro prior status frequenter pa-
 ticipat in aliquibus proprietatibus cum statu immediate sequente.

VI § Praeterea de eodem septimo statu inducitur oraculum istud: **Ve-
 derunt ei, scilicet Iob, vnusquisque ouem vnam & in aurem vnam. Dominus autem be-
 nedixit nouissimis Iob magis quam principio eius, ubi Bernhardus exclamat: Ape-
 rire libet oculos fidei & extremum illud sanctae ecclesiae de susceptione Israelitici
 populi conuiuium contemplari. Ad quod nimirum conuiuium magnus iste He-
 lias conuiuantium inuitator adhibebitur, tunc propinqui & noti cum muneribus
 ad Christum venient, & adorabunt eum filiae Tyri in muneribus. Quod tunc
 fiet quando tribus Israel, ei, quem superbientes hactenus non cognoscunt, negant,
 tandem eo cognito hostiam suae humiliationis & confessionis apportabunt. Eidem
 nouissimo statui benedicet dominus plus quam praeteritis statibus.**

VII § Porro in septimo ecclesiae statu dicitur foras princeps huius mun-
 di ac rursus ligabitur, quoniam ulterius non poterit ecclesiam seducere, sicut in
 prioribus quinti & sexto statibus eam seduxit, neque poterit impedire conuersio-
 nem filiorum Israel, aliarumve gentium, neque habebit amplius potestatem exci-
 tandi discordias. Hinc dominus in Ezechiele: **Eieci te de monte sancto dei & p-
 didi te de Cherub, protegens te de medio lapidum ignitorum, Producam ergo
 ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram, nihil fa-
 ctus es, & non eris in perpetuum. Item Naum: Celebra Iuda festiuitates tuas &
 redde vota tua, quia non adijciet ultra ut pertranseat in te Belial, vniuersus inte-
 rijt. Ad idem Esaias: Quomodo cecidisti de caelo lucifer qui mane ortiebaris, cor-
 ruisi in terram qui vulnerabas gentes, tu proiectus es quasi stipex inutilis, & qua-
 si cadauer putridum non habebis consortium. In Apocalypsi perinde scribitur:
 Et factum est praelium magnum in caelo, i. in ecclesia militante, Michael & angeli
 eius praeliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non praeua-
 luerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo, i. in ecclesia contra fideles,
 & projectus est Satanas qui seduxit vniuersum orbem. Nunc facta est salus & vir-
 tus & regnum dei nostri & potestas Christi eius ideo laetamini caeli & qui habitatis
 in eis. Rursum Esaias: Gaudete & laudate simul de sancta Hierusalem, quia con-
 solatus est dominus populum suum, & videbunt omnes fines terrae salutare dei nostri.
 Quia facta est custodia omnis spiritus immundi.**

VIII § Qualis autem reformata ecclesia in septimo suo statu sit futura (ait
 Vbertinus) habetur in Apocalypsi, ubi dicitur: **Agnus stabat super montem Si-
 on, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentes nomen eius & nomen
 patris eius scriptum in frontibus suis. Et cantabant quasi canticum novum, quia
 explosis veteribus erroribus, fiet noua reformatio. Vocatur vero canticum no-
 uum propter nouam artem seu doctrinam spiritus sancti, infundendam bonis
 Christi fidelibus. Qui in illo futuro septimo ecclesiae statu, tanquam in cithara salu-
 tis humanae, totam perfectionem diuinae bonitatis & omnium dei operum suarumque
 virtutum mentalium sonare facient, ceu in armonia ordinatissima, nunc laetantes
 cum Iesu paruulo, nunc dolentes cum crucifixo, nunc peregrinantes cum glorioso,
 qui est super omnia benedictus deus.**

IX § Numerus autem 144000. spiritualiter est intelligendus & futuro se-
 ptimo statui adaptandus. Literaliter quidem per eundem numerum significatur
 X 3 magna

Ca. Se. c. 156
 Grego. i ho
 mel. super
 Luc. 14.
 S. c. 59. i pr.
 S. c. 67. §. 6.
 & J. c. 70. in
 pr. S. c. 4.
 S. c. 6. i p. &
 S. c. 64 § 8 &
 J. c. 70. §. 1.
 S. c. 67. §. 3.
 S. ca. 65. §. 7
 J. ca. 66. §. 3.
 S. ca. 67 §. 7
 S. c. 50. §. 3.
 S. ca. 53. §. 5.
 & J. c. 5. §. 19
 S. c. 17. §. 21
 S. c. 40. §. 4
 S. c. 62. §. 19
 S. c. 67. §. 5.
 S. c. 67. §. 4

Ca. Se. c. 156
 Grego. i ho
 mel. super
 Luc. 14.
 Apo. 21.
 Iob. 42
 Bernhardus
 Psal. 44
 Ioh. 12
 Apo. 20
 Ezech. 28
 Naum. 1.
 Esa. 14
 Apo. 12
 Esa. 52
 Apo. 18
 Apo. 14.
 Apo. 18

DE RELIQUA PARTE SEPTIMI STATVS &c.

- Luc. 1. magna multitudo, quæ ad euangelij perfectionem eotunc conuertetur. In eodem enim statu vera mundi monarchia erit agni, id est Christi, cui deus dabit sedem
 1. Reg. 2. patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Nam postquam dominus iudicabit fines terræ, id est postquam expugnabit Antichristum & suos sequaces, tunc dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Hinc Daniel: In diebus autem regnorum illorum suscitabit deus cæli regnū quod in æternum nō dissipabitur, & regnū eius alteri populo non tradetur, cōminuet & consumet vniuersa regna præterita, & ipsum stabit in æternū. Quæ circa cælestis aquila vidit thronū magnum candidū & Christū sedentē super eundem thronū, à cuius conspectu fugit terra & cælum.
- Thelospho. X § Ad præmissa infert Thelosphorus: Quemadmodum Machabæorum tribulatione finita, ablatum est sceptrum de Iuda & venit qui mittendus erat, nec non Romanum Imperium eotunc cœpit totam monarchiam, surgente in temporalibus nouo imperatore. s. Augusto, & in spiritualibus nouo pontifice, scilicet Christo, vniuerso terrarum orbi pace offerente. Ita modo quando cessabit Antichristiana tribulatio, tunc (secundum Ioachim vaticinium) auferetur sceptrum de Roma & surget in spiritualibus nouus pontifex, qui sua virtute mūdum pacificabit, vnā cum bono nouo rege temporalia legitime gubernaturo. Et sic mundi monarchia à Romanis ad agnū procul dubio transferetur. Quandoquidē Daniel ait: Dominabitur excelsus in regno hominū, & cui voluerit, dabit illud, & humilem hominem. i. Christum, constituet super eum. Postea Daniel ad Nabuchodonosor: Septem quoq; tempora mutabuntur super te, donec scias q̄ dominetur excelsus super regnū hominū, quia potestas eius potestas sempiterna, & regnū eius in generatione & generationē & omnes habitatores terræ apud eū nihilū reputati sunt. Et infra: Antiquus dieꝝ dedit filio hominis potestātē & honore & regnū, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient, potestas eius æterna quæ non auferetur, & regnū eius non corrumpetur.
- Danic. 2
 Apoc. 20
 Thelospho.
 Gene. 49
 Luc. 2
 Ioachim
 Heb. 9
 Danic. 4
 Danic. 7
 Psal. 21
 Psal. 23
 Psal. 28
 Psal. 46
 Psal. 47
 Psal. 102
 Psal. 114
 Psal. 145
 Lu. 9. Mat. 16
 Mar. 9
 Acto. 1.
 Mat. 26.
 Mar. 14
 Luc. 22
 Esa. 3.
 Cat. Se. c. 39
 Apocal. 1. 22
 Job. 22
 Job. 23
 Psal. 142
- XI § Ergo concludetur q̄ in illo septimo ecclesiæ statu incipiet regnū dei & Christus actu exercebit monarchiam mundi vsq; in sempiternum. Quoniam domini est regnum & ipse dominabitur gentiū. Et: Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarū: & vniuersi qui habitant in eo. Item, sedebit dominus rex in æternum. Quoniam rex omnis terræ deus, ideo regnabit deus super gentes. Et ipse reget nos in secula. Et regnum ipsius Christi omnibus dominabitur. Ad quem propheta profert: Regnū tuum regnū omniū seculorū, & dominatio tua in omni generatione. Regnabit igitur dñs in secula. Ad illud vsq; regnū p̄sumuntur aliqui sancti adhuc viuere, de quibus dñs: Sunt (inquit) de hic stantibus qui nō gustabunt mortē donec videant regnū dei. Id ipsum est regnū Israel quod restituetur, & de quo discipuli, qui cōuenerant, interrogabāt Christū, dicētes: Dñe si in tēpore hoc restitues regnū Israhel? Et de quo saluator in Matth. ait: Nō bibam amodō de hoc genimine vitis vsq; in diē illū cū bibā illud vobiscū nouū in regno patris mei. Et in Marco: Iā non bibā de genimine vitis vsq; in diē illū cū illud bibam nouū in regno dei. Et in Luca: Non bibā de generatione vitis, donec veniat regnū dei. De isto septimo ecclesiæ statu plura superius dixi.
- De extremo iudicio. Cap. LXX.
- IN septimo ecclesiæ statu ad fulgorē cælestis patriæ appropinquatur, ac dominus Iesus ad iudicium venit cū senibus populi sui, non pauperculus sicut in primo suo aduentu, sed in maiestate sua cum potentia magna, retributus vniciq; iuxta meritum. Tunc quoq; verificabitur illud verbū Christi: Tempus prope est, ecce venio cito. s. ad extremū iudicium. Quod Sibylla vocat proximum examen, quia non solum generaliter in extremo die, sed quotidie specialiter in singulas animas, ex hoc seculo ante tribunal dei statuendas exercet dicente scriptura, veniet tecum in iudicium propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas. Opus em̄ hominis reddet ei deus, & iuxta vias singulorum restituet eis, neq; enim vltra in hominis potestate est vt veniat ad deum in iudicium, Vnde precatus est Dauid, dicens: Non intres in iudicium cum seruo tuo
- §. c. 67. §. 4
 §. c. 48 §. 5 &
 §. eo. §. 4. i. fi
 & j. co. §. 10
 §. c. 61. §. 13
 §. c. 61. §. 4.
 post prin.
 §. c. 68. §. 7
 §. ca. 62. §. 2
 §. c. 48. §. 6.
 & §. c. 61. §. 8
 §. eo. §. 9. &
 j. eo. §. 11.
 §. c. 48. i. pt.
 §. cod. §. 7.
 §. c. 62. §. 6.
 §. c. 67. §. 5.
 §. cod. §. 10
 j. c. 70. §. 4
 §. c. 67. §. 6
 §. c. 66. p. 10.
 §. c. 69. §. 5.
 & j. eo. §. 1.
 §. c. 37. §. 4.
 §. c. 62. §. 1. i
 fi. j. eod. §. 2
 §. ca. 65. §. 3
 §. c. 62. §. 13
 §. c. 64. §. 4
 §. c. 15. §. 3
 §. c. 57. §. 6